

73

eadem numero tribus personis communicata. Hunc ergo modum unitatis esse
 sentie diuine confitemur Innocentius in decretali supradicta quoniam dicit Nos autem
 sacro approbato zelo credimus et confitemur cum patre lombardo quod quidam
 summa res est veraciter pater et filius et spiritus sanctus qui non est generatus neque
 genitus neque procedens. Sed est pater qui generat et filius qui generatur. et spiritus
 sanctus procedens. ut distinctio sit in personis et unitas in natura. Et damnamus
 et reprobamus tractatum vel libellum quem abbas iohannem construxit contra
 tractatum magistrum in quo libello assererat patrem et filium et spiritum sanctum
 esse unius essentie vel nature non vera et reali unitate. sed quidam collecta simili-
 tudine in amore vel in caritate. Confitemur similiter Innocentius trium perso-
 narum in potentia equalitate. et confitemur tria opera a tota trinitate simul esse facta
 Primo opera creationis quoniam dicit. quod sancta trinitas ab initio episcopi uniuersam
 creaturam condidit. Secundo opera redemptionis. quoniam dicit. quod hec sancta tri-
 nitas primo per moysen et prophetas secundum ordinatissimam dispositionem humano
 generi tribuit saluacionem. Et exprimitur in illa clausula articuli pertinet ad
 ad christi humanitatem de utero uirginali assumptam. et sacramenta per que facta
 est humani generis redemptio. Tercio confitemur opera nostre glorificatio-
 nis quoniam dicit. que omnes resurgere faciet cum propriis corporibus qui recipiunt
 omnes secundum opera que fecerunt siue bona siue mala. **Ad primum** ergo est
 dicendum. quod argumentum sumptum a similitudine non dicit de unitate sed
 disparitatem. volebat ergo christus. quod sui discipuli essent unum in amore et in
 caritate. sicut ipse cum patre erat unum in substantie unitate. **Ad**
ii. est dicendum. quod spiritus aqua et sanguis non fuerunt unum in christo in na-
 ture unitate. quia illa tria non sunt una res nec una natura sed fuerunt unum
 in testimonij veritate. Testificabant enim illa tria. quod christus non erat purus homo
 sed plusquam homo. quia enim de corpore christi exiit sanguis per se et aqua per se in
 aulosum fuit ut glo. ibi dicit. Testificabant ergo sanguis et aqua christum esse
 dei filium. Testificabat enim hoc spiritus id est clamor. ut vox illa quam emisit
 spiritus emittendo. quod enim homo iam prope mortem vocem magnam emittat sine mi-
 raculo esse non potest potissime homo qui moritur gladio per sanguinis effusio-
 nem. Unde Centurio qui erat ex aduerso videns quod sic clamans exspirasset dixit.
 Vere filius dei erat iste. **Ad iii.** est dicendum. quod natura creata non est sui
 esse. sed acquirit esse in suppositis propter quod patitur et plurificatur plurificacione sup-
 positoy. Sed natura diuina est ipsi esse. nec acquirit esse in suppositis propter quod
 non potest in numerum cum personis. ita quod essentia et tres persone sint quatuor res
 nec plurificatur plurificacione personarum. sed est eadem cum persona. et est
 quiescit cum persona.

Questio Duodecima Quomodo ad Papam spectat determinare que
pertinet ad distinctionem personarum

63